


ACTA

**CONGREGATIONIS**  
**PROVINCIÆ HISPANIÆ, ORDINIS**  
**Prædicatorum, Celebratæ in Conuentu Dominæ**  
**Nostræ Regalis de Atocha, Dominica Deus**  
**qui errantibus, die 12. Maij anno**  
**Dñi 1669.**

*SVBRmo. P. N. F. PETRO ALVAREZ,*  
*M. quondam in Vniuersitate Vallis-Oletana, Primarie*  
*Cathedrae Theologie Moderatore, & nunc Maiestatis*  
*Catholicæ Caroli Secundi Hispaniarum Regis à*  
*Sacris Confessionibus, & Provinciali huins*  
*Prouincie.*



Matriti, Apud Melchiorem Alegre Typographum,  
Anno 1669.

ACTA

# CONGRAGATIONIS

PROVINCIÆ HISPVNIÆ ORDINIS  
TERRITORIUM, Cœlestis in Convenientia Domini

Motus Regalis de Actibus Ordinis

qui transiit anno 1655 M.iiij. saec.

Dni 1660.


SANCTÆ P. U. S. V. CONVENTUS

Medievalium maxime illi Ordinis vestrum  
Cupressi Toscanae Marchebois, & hanc vestigia

Cui postea Secundum Hispaniam Regis

Sacrae Constitutione Provinciali patr.

Primitus.



Acta ab anno 1655 ad 1660.

**H**AEC sunt Acta Cōgregationis Prouinciali s  
Prouinciæ Hispaniæ, Ordinis Prædicatorum,  
celebratæ in Conuentu Regali Dominae Nostræ de  
Atocha Dominica *Deus qui errantibus*, die 12. Maij  
Anno Dñi 1669. Sub Rmo. P. Nostro Fr. Petro Al-  
uarez Magistro, olim Primariæ Cathedræ Theo-o-  
giæ in Vniuersitate Vallis-Oletana Moderatoro, &  
nunc Maiestatis Catholicæ Caroli Secundi Hispa-  
niarum Regis a Sacris Confessionibus, & Provinciali  
huius Prouinciæ. Diffinientibus Reuerendis Admo-  
dum Patribus nostris Fratre Michaele de Olmedo  
Magistro, Fratre Francisco Becerra Magistro, & in  
Vniuersitate Complutensi Primariæ Theologiae  
Cathedralæ Moderatore, & Regente Collegij Sancti  
Thomæ eiusdē oppidi, Fratre Ioanne de San Martin  
Præsentato, & Conuentus Regalis Santæ Crucis de  
Segouia Priore, & Fr. Didaco de Olea Præsentato, &  
Collegij Complutensis Sancti Thomæ Rector.

**A** **DE**

## DENVNTIATIONES.

**D**ENVNTIAM VS in hac nostra Congregatione lectum, & admissum fuisse editum Sanctæ Inquisitionis, editum decimanona, die Octobris anno Dñi 1633. & admonemus iterū, quod Priors, & Præsidētes Conuentuum non tenentur illud notificare Fratribus determinatè Feria 6. post Octauam Assumptionis, sed sufficere illud legere, quoties in Capitulo, vel Refectorio Acta Capitulorum, & Ordinationes leguntur, pro ut alias denuntiatum est.

Item denuntiamus, in hoc nostro Diffinitorio electū fuisse in socium Rmi. P. N. Prouincialis pro Capitulo Generali proximè celebrando R. P. Fratrem Carolum de Baiona Primariæ Cathedræ Theologiæ in Vniuersitate Vallis-Oleana Moderatorē, & Priorem Sancti Pauli eiusdem oppidi.

Item denuntiamus in hac nostra Congregatione, lecta fuisse Acta vltimi Capituli Generalis Romæ 1656. quæ huc usquead nostram notitiam non peruererunt, & ea fuisse acceptata, præter sextam declarationem, inducentem obligationē mittendi à nostra Prouincia Acta suorum Capitulo rum ad Reuerendissimum Magistrum Ordinis, & tollentem vim Ordinationū, ibi factarum quo usque à Reuerendissimo confirmantur, & præter duodecimam, & vigessimam sextam declarationem, & præter quartam ordinationem, & præter primam, secundam, septimam, & tertiam decimam inchoationem, & preter decimam septimam, & decimam octauam admonitionem, & preter quintam commisionem.

Item denuntiamus, iterum acceptatas, & admissas esse in hoc nostro Capitulo litteras Reuerendissimi Patris nostri Generalis Fr. Ioannis Baptista de Marinis confirmantes ordinationes Reuerendissimi Patris Magistri Fr. Thomæ Turco, circa electiones Prioris tenoris sequentis.

Nos Fr. Ioannes Baptista de Marinis Sacrae Theologiæ Pro-

Professor Ordinis Prædicatorum humilis Magister Genera-  
lis, & seruus.

In iuncto nobis Generalatus officij ratio postulat, ut quæ  
salubriter à prædecessoribus nostris, præcipue in sancta Vi-  
sitatione prodigiisarum Prouinciarum decore, ac fœlici  
gubernio ordinata sunt, inviolabiliter obseruari ademus.

Sane cum venerabilis P. Fr. Thomas Turcus prædecessor  
noster, pro conseruanda libertate statuta a Sacris Canonibus,  
in electionibus Priorū in Prouincia nostra Hispaniæ, sub die  
21. Aprilis anni 1647. sanxerit (ad hoc ut Praelatus, cui de  
iure constitutionum competit electiones Priorum dirigeat;  
directionis terminos non excedat, ita ut non electiones; sed  
potius assertiones videantur) ut cum in Conuentibus præ-  
cipue grauioribus Prouinciæ, electiones Priorum Conuen-  
tualium fieri contigerit, neminem porponat, vel si id gra-  
uis necessitas postulauerit, non minus quam sex, secluso omni  
ni respectu humano, odio, vel amore, proponere debeat,  
irritans quamcunque electionem, aliter factam, & quod ta-  
lis propositio trahiatur, ut non sit cum exclusione aliorum, nec  
electores, si alios extra nominatos eligant, persequi, aut  
affligere præsumat, memore excommunicationis latæ incipi-  
te sciant cuncti, quam etiam incurire voluit Priorē Prouincialem,  
si eo intuitu, licet sub quoque paliato præ-  
textu, quempiam à Conuento a signare, vel ablegare ten-  
tauerit.

Insuper sub formalī præcepto, ac pena excommunicatio-  
nis latæ sententia ipso facto incurrienda mandauerit Priori,  
Prouinciali pro tempore præfatæ Prouinciæ, ut facta pro-  
positione sex, vel plurimum, ut suprnullum ex illis publicè,  
aut priuatim, verbo, aut scripto, directè, vel indirectè, per  
se, vel per aliū, aut alios, aut per quascūq; interpositas per-  
sonas commendare, aut se prouno magis, quam pro alio de-  
clarare præsumat, nec insinuare vnum illorum cæteris ipsi  
futurum esse gratiorem, cum decreto, quod si aliter fieri  
con-

contigerit, electio sit nulla, & invalida, & confirmatoria suo officio, vel officijs, sit ipso facto absolutus, nec rehabilitari possit, nisi per Magistrum Ordinis, vel Capitulum Generale, conscientiasque singulorum in diem Christi aggravauerit, vt qui huiusmodi consilij fuerint, aut cöplices, quam primum Magistro Ordinis manifestare tenentur. Quod idem prohibuit Prior Provinciali, in ordine ad electionem sui successoris, sub pena priuationis graduum, dignitatum, & officiorum ipso facto incurrienda.

Præterea ad ocludentias omnes vias coactioni, & ut electiones libere, ac canonice, vocalibus relinquantur, sub eodem formaliter precepto, ac censura ut supra mandavit Provinciali pro tempore prefatæ Provinciæ, ne admittat ciblationes votorum, procuret, vel sollicitet vota, aut suffragia ante quamcunque electionem faciendam, Prælato, vel cœcumque alteri offerant, sub pena priuationis utriusque votis, & omnium gratiarum, ac beneficiorum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ad quæ non nisi per Magistrum Ordinis restituivaleant, & possint.

Nos igitur considerantes, quam perutile erit prefatæ Provinciæ predicas ordinationes in viridi manutenere obseruantia, harum serie, ac officij authoritate, illas de verbo ad verbum iuxta carum tenore confirmamus, ac precepta, censuras, & penas de novo imponimus, ac fulminamus respectuè: sub eisdem tamen preceptis, censura, ac penis comprehendendi volumus solum, vel socios Provincialis, aut Vicariū Provinciali pro tempore. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Quibuscunque in contrarium non obstantiibus. In quorum fidem datis Romæ in Conventu nostro S. Mariæ super Minerviam, die 24. Iulij anni 1654.

**Fr. Joannes Baptista de Marinis.**

**T**EN denuntiamus ad petitionē, Reuerendissimi Pātris Magistri Fratris Ferdinandi de Estrella, quondā Generālis Sacri Ordinis Sancti Ioannis Dei; concessisse Reuerēdissimum Patrem nostrum Generalem litteras fraternitatis cum prae dicto Ordine, quod notum facimus omnibus huius nostrae Provinciæ Fratribus, & Sororibus, quatenus intel ligant utrumque Ordinem inuicem frui omnibus spiritualibus beneficijs, tam in charitatis, quam misericordiæ, hu manitatis, alijsque pījs operibus.

Denique denuntiamus Sanctissimum Dominum nostrum Clementem Nonū inter cetera priuilegia, & fauores, quibus sponsam Christi Beatam Rosam de Sancta Maria, Tertij Ordinis nostri, ornare dignatus est, concessisse in suo speciali Breui, sub datis Romæ, die decimanona Septembribus anni 1668. quod apponetur in Martyrologio Romano, die 26. Augusti sub certis verbis, & in nostro sublequentibus. *Lime in Regno Peruano Beatae Rosæ de Sancta Maria. Tertij Ordinis Sancti Dominici, quæ primus flos sanctitatis Indiarum Occidentalium, suauis Christi odore inuersam Ecclesiæ recreauit. Festum totum duplex, cum octaua memorie. Insuper in suo Breui, sub datis Romæ apud Sanctam Sabinam, die 25. Februarij anni 1669. concessit per decennium, in uersis viii, que sexus fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra communione refectis, qui eadem die 26. Augusti à Primis Vesperis, usque ad Occasum Solis visitauerint Ecclesias nostrorum Conuentuum, tam fratrum, quam monialium in viuensis Hispaniarum Regnis, & in eis plias ad Deum preces effuderint pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, & exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ plenariam omnium peccatorum indulgentiam.*

## ACCEPTATIONES.

**A**cceptramus studium nostri Conventus Reginæ Cæli de San-

Sāctillana Magnifice dōtatum à Domino Domino Bernardo  
Antonio de Quirós, Decano Sancte Ecclesie Cattaginensis  
Indiarum.

Itē acceptamus, de licentia Reuerendissimi Patris nostri  
**G**eneralis, nostrum Conuentum Monachum Sancti Ildepho-  
ni dicti oppidi de Sanctillana, fundatum, & a primis funda-  
mentis magnis sumptibus erectum, & dōtatum à Domino  
Domino Ildephonso Gómez del Corro Thesaurario Sancte  
Ecclesie Diuē Iulianæ eiusdem oppidi.

## EXPOSITIONES GRADVVM.

Exponimus ad legendas sententias pro forma, & gradu  
Magisterij inclusuē Reuerendos Admodū Patres, Fr. Iosephū  
Góçalez, Priorē S. Marie de Atocha, Fr. Michaelē Sánchez,  
Fr. Antonium Mendo Priorē Sancti Thomē Abulensis, Fr.  
Franciscum dela Sena, Regente Collegij Vallis Oletani, Fr.  
Thomam Carbonel Vespertinē Cathedrē Vniuersitatis Mo-  
deratorem, & Regentem Collegij Sancti Thomae Complu-  
tensis.

Et ad legendas sententias pro forma, & gradu Magisterij  
exclusuē Reuerendos Patres Fratrem Ildephonsum de la  
Cruz, Vicarium Regni Galiciæ, Fr. Franciscū de Vria, P. io-  
ré Rossarij Matritensis, Fr. Petrum Nuñez, Lectorem Theo-  
logiæ S. Marie de Atocha, Frat. Sebastianū Martínez, Califi-  
catorem Sancti Officij, & Priorē Sancti Pauli Burgenis, Fr.  
Ioannem Heredero, Lectorem Theologiæ Sanctæ Mariae de  
Atocha, Fratrem Dominicum Fernandez, Regentem Sancti  
Thomæ Abulensis, Fr. Franciscum Velez, Lectorem Theo-  
logiæ, Sancti Pauli Vallis Oletani, Fr. Ludouicum de Vi-  
llaçan, Lectorem Theologiæ Sancti Stephani Salmanticen-  
sis, Fr. Lazarum del Corral, Regentem Sancti Thomæ Aba-  
lensis, Fr. Ildephonsum de la Vega, Regentem Collegij San-  
cti Gregorij Vallis Oletani, Fr. Carolum de Batone Prima-

rie Cathedrae Vniuersitatis Vallis Oletanae Moderatorem,  
 & Priorem Sancti Pauli eiusdem civitatis. Et titulo Prædi-  
 cationis, Fr. Gabrielem de Arellano, Prædicatorem Regiu-  
 & Sancti Thomæ Matritensis.

## CREATIONES.

Creamus in Prædicatores Generales P. Fr. Antonium de  
 Olmedo pro Conuentu de Estella, P. Fr. Christophorum de  
 Arroto, Priorem Metinensem pro Conuento de Vitoria, P. Fr.  
 Balthasarē de Requejo, Priorem de Montorte pro Conuento  
 de Alcalā, P. Fr. Franciscum de Capillas Præsentatum, &  
 socium Reuerendissimi Patris nostri Prouincialis pro Con-  
 uentu Vallis Oletano, P. Fr. Ildephonsum Rodriguez pro  
 Conuento de Lerma, P. Fr. Emanuelem de Santillana pro  
 Conuento de Astorga, P. Fr. Franciscum Monforte pro Con-  
 uentu pampilonensi, P. Fr. Ioannem Gil, Prædicatorem Re-  
 gium & Sancti Thomæ Matritensis pro Conuento de Villa-  
 Escusa, P. Fr. Raimundum Melchor pro Conuento de San  
 Sebastian, P. Fr. Didacū Gallego pro Conuento de Peñafiel

## ABSOLUTIONES.

Absoluimus omnes Supprios, & Vicarios Conuentū  
 nonhabentium Priorēs, præter Supprios de Segouia, Za-  
 mora, Leon, Torō, Villalon, palacios, propter instantes  
 electiones, usque ad præsentiam priorū insuis Conuentibus,

*Præcepta ad omnes, & singulas personas.*

Mandamus in virtute Spiritus Sancti, & sanctæ obediencie,  
 & sub præcepto formalī omnibus, & singulis fratribus  
 huius Prouinciae sequentia,

Pri-

*De cellariis* Primum, ne duo, vel plures fratres simul in aliqua cella  
*ingressu.* fratrem huius nostre Provincie coexistant, excipimus cel-  
las Priorum, & Magistrorum Neutriorum pro suis subditis.  
Liebit autem ingredi cellas Magistrorum, huius Provin-  
cie. Et denuntiamus, quod cella Fratrum post notifica-  
tionem assignacionum, quandiu in Convento commorantur, eo-  
dem prorsus praceptor tenentur, quo, cella aliorum Conven-  
tuallium. Et simul declaramus, quod si ille, cuius cellam ali-  
qui fratres ingredi possunt, ab ea absens fuerit, pro tunc  
illam non gaudere tali privilegio, seu licentia. Porciunt au-  
tem Pates Piores, seu Praesidentes, non ramen Supprioros  
res, nec Vicarij, cum suis subditis dispensare, duummodo  
dispensatio non sit generalis, aut frequens, quæ post ultimum  
signum post Complectorum nullatenus fiat, nisi sufficienti  
causa, & pro qualibet vice. Ab hoc praceptor non excipiatur  
cellæ Conventuales, quando in eis contingat aliquem  
fratrem infirmari, nisi a Priore, vel Praesidente Conventus  
esse cellam infirmitatis declaretur.

*Denon ad-* Secundum, ne quis adeat Monasteria Monialium, nec Bea-  
*eundo Con-* tarum, nec mulierum aliarum in unum Congregatarum sub-  
*nventus mo-* obedientia viuentium, nec ad eam Ecclesiæ, nisi de licen-  
*nialium.* tia Prioris, pro qualibet vice, quæ licentia in aliam diem  
translata non valeat, nec dari possit a Suprioribus, aut Vi-  
carijs, Prioribus in oppido existentibus.

*De come-* Tertium, ne quis representationibus, seu comedijis, quæ  
*dijis.* à publicis histriis, qui hoc ex officio habent, fiant, in-  
terfici, nisi in Capitulis Ecclesiæ, in domibus Episcopo-  
rum, seu Religiosorum, aut publicis sanctorum Iolemnita-  
tibus: & quod Prelati, aut Conventuum Praesidentes, come-  
dias in domibus nostris fieri non permitant, quamvis non sint  
à publicis histriis, & sisint ipso è oblatæ, nec fratres eas  
representare, aut ullo modo vestibus sæcularibus uti; quod  
praceptor etiam Moniales nostras comprehendit. Quæ om-  
nia sub predicto formaliter pracepto mandamus.

Quar-

6

Quartum, quoniam ad nostram notitiam peruenit, aliquos De non ape  
subditos, relictos timore Dei, & propria conscientia, solitos riendo, nec  
esse, aperire cartas Reuerendissimo P. nostro Provinciali mis- legēdo car  
tas siue ab ipso ad Fratres, vel Sorores nostri Ordinis dimis- tas Reuere  
tas, nec ab hac immani culpa vitanda retrahuntur tot legibus, Provincia  
tām iuris naturalis, quam nostrarum constitutionum; id circa lis.  
ad evitandam huiusmodi audaciam, Praecipimus in virtute  
Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ, & sub præcepto forma-  
li, ne non sub poena excommunicationis maioris latæ senten-  
tiae, hac una pro trina, canonica monitione præmissa, ipso fa-  
cto incurreda, omnibus fratribus, & Sororibus huius nostræ  
Provinciæ, tam Prælatis, quam subditis, ut nullus audeat lit-  
teras, vel chartas pro nostro Reuerendissimo P. Provinciali  
subscriptas, vel ipsius ad fratres, vel Sorores missas, & con-  
sueto sigillo signatas, curiosè inquirere, aperire, vel legere,  
neque perse, neque per alium.

## ORDINATIONS.

Ordinamus, ac mandamus, quod Fratres, ad quos quo. Denon om  
modolibet studiū attinet, nullo modo permittant ommit- mittendis  
ti in diebus lectivis lectiones, conferentias, aut conclusio- lectioni -  
nes, etiam prætextu exponendi ad audiendas confessiones, bus, & cō-  
nechora confusa varietur, nec in prædictis diebus dentur ferentijs.  
recreations; Vigilia autem actus maioris ommittantur con-  
ferentiae, non tandem dentur recreations, die vero sequen-  
ti datur possunt. Nec concedatur licentia exundi à Conve-  
turecreationis, causa titulo actus maioris, nisi in diebus as-  
fuetis. In Octauis autem Nativitatis Domini, Resurrec-  
tions, Pentecostes, & in octavo die solemnitatis Corporis  
Christi, & in recreationibus octavo dierum ante Aduentum, &  
Quadragesimam conclusiones, & conferentiae ommittantur,  
aut si forte hora lectionis, conclusionis, aut conferentiae spe-  
cialis occurrat pro toto Conventu occupatio. Nomine au-

temporibus lectiorum, intelligimus eos, in quibus, iuxta disponendum inferius, Patres Lectores non tenentur matutinis interesse, & qui iuxtanouam reformationem, non servantur a populo ex precepto, aut voto. Festa autem Imaginis S. P. nostri Dominicis de Soriano, Translationis eiusdem, & Angelici Doctoris Sancti Thomae Aquinatis, & festum Sancti Patris nostri Francisci, Sancte Catharinae Martiris, & Sancte Theresiae Virginis dies lectui non sint; quod si nulla die in hebdomada conferentijs vacauerint Fratres quis titulo, & etiam actus maioris, Feria quinta eiusdem hebdomadæ in conclusione, & conferentijs dispensamus; declarates; in predicta ordinatione, neque Priors, neque Regentes dispensare posse nisi ex urgentissima causa, qualis est occupatio prototo Conventu, vel aliqua similis. Quod si aliquis petierit dispensationem in predictis sine causis assignatis, teneatur Prior infligere pœnam ieunij in pane, & aqua.

In memoriām revocamus ordinationem factam, Romæ anno Domini 1561, ubi sic dicitur. *Tempus triennijs dialecticæ, Philosophia, & Metaphysicæ deputetur, Sacra Verò Theologia, &c. quo tempore ita distinguuntur lectiones, ut altera sit speculativa exprimata parte, & prima secunda, vel etiam de Incarnatione; altera verò moralis de secunda secundæ, vel quarto sententiarum. Pro cuius ordinationis obseruantia præcipimus in primis Lectoribus Artium, quod primo anno legant Dialectica precepta, quæ summulas vocant, & Logicam, duobus autem annis sequentibus Philosophiam, & libros de Generatione, & Anima, omnino integrè, & perfectè Lectoribus verò Theologiæ quod alter eorum alternatim legat tractatus purè morales ex secunda secundæ, à quæstione de iustitia, & iure usque ad finem, velde tertia parte, à quæstionibus de partibus pœnitentiaæ, usque in finem, alter verò materiam Scholasticam de cæteris quæstionibus summa Theologiae.*

Item ordinamus, quod conclusiones quotidiane durent. *Circa conclusiones.*  
ad minus per tres quadam horas, quibus omnibus assistat  
omnes Fratres Clerici, cuiuscumque sint antiquitatis, sicut  
& ad actus, tam Theologiae, quam marium.

Item ordinamus, quod Lectores Artium, Dialecticæ, *Circa conferentias*  
Logicæ, & Philosophiae alternatim defendant conferentias *communes*  
comunes, ut incepsum est, & Lector summularum usque ad  
ad Pascha Resurrectionis legat, & defendat quæstiones pu-  
ræ summularias.

Item ordinamus, quod Feria secunda, & quarta, non pos-  
sit nisi cum infirmis dispensari, in escutum; & declaramus,  
quod quotidie dispensare in ieiunis constitutionum, non  
est dispensatio, sed dissipatio. *Circa abstinentiam à carnibus,*

Item ordinamus, quod assignationes quomodo libet re-  
ceptæ infalibiliter notificantur à Prioribus, seu Presidenti-  
bus, & si ob urgentem causam visum fuerit eas non notifica-  
re, teneantur Rmo. P. nostro Provinciali renuntiare. & quod  
nullus Prior assignatos detineat, etiam prætextu petendi  
aliam assignationem pro suo, vel alieno Conventu, sub poe-  
na suspensionis à suis officijs per duos menses.

Item ordinamus, ne quis Curiam Regiam ingrediatur, *De non ingrediendo*  
neque eius suburbana, etiam causa suscipiendi Sacros Or-  
dines, absque licentia Rmi. P. N. Provincialis sub pena quin  
decim dierum in pane, & aqua, & priuationis vocis actiuae,  
& passiuæ per duos annos. Quæ licentia quantum ad studi-  
tes à nullo alio potest dari prætextu alicuius privilegij ob-  
tenti à Rmis. Patribus Generalibus, cum tale privilegium (si  
forte sit) sit reuocatum à Rmo. P. N. Generali Fratre Ioanne  
Baptista de Marinis, ut patet ex eius litteris in hoc nostro  
Diffinitorio ostensis, & obtentis à Rmo. P. N. Provinciali.  
Sub data Romæ die 26. Octobris, anno 1668. Prior autem  
nostræ Hospitiij Matritensis, & Procurator Generalis eiusdem  
curiæ teneantur certiori reddere Rmum. P. N. Provinciali-  
alem, de transgressoribus huius ordinationis; & declaramus  
omnes

omnes hospites, culuscumque conditionis sint, ad Priorem, seu Presidem in templa Hostijs pertinere, etiam quoad punctionem, & correctionem.

**Quod Fratres** ordinamus, & præcipimus, sub poena trium dierum in pane, & aqua, ne aliquis Frater per se ipsum immediate postulet à Rmo. P.N. Provinciali licentiam exeundi extra Conventus, pro vacationibus, siue pro alijs negotijs, sed communicata necessitate sua Priori Conventus, ipse Prior licentiam petat pro Fratre illo, onerantes Priorum conscientias, ut nisi pro Fratribus morigeratis, & de quibus intelligunt, quod præbebunt bonum odorem exempli inter seculares, ac præcipue si sint multum iuuenes, licentias non petant.

**De non commorando extra Conventus.** ordinamus, quod Fratres exeuntes ad petendas eleemosynas, non maneat extra Conventus ultra octodies, in petitione autem tritici, non ultra duos menses consummat, in petitione autem vini, non ultra unum. Qui in Quadragesimæ exierint ad audiendas confessiones, non discedant à Conventibus ante Dominicam in Passione, infallibiliter autem reuertantur ante Feriam quintam Dominicæ in Albis. In Aduentu vero, qui mittuntur ad concionandum, die sequenti post concionem reuantur reuerti. Prioribus autem præcipimus, sub poena suspensionis à suis officijs per quatuor menses infallibiliter infligenda, ut hanc ordinationem inabilititer obseruare faciant.

**De numero Missarum.** ordinamus, quod nullus recipiat plusquam quinquaginta stipendia Missarum, nisi liber sit ab obligatione applicandi Missas, pro obligatione Conventus, tunc enim accipere poterit usque ad octuaginta, quod si quis plura accipiat, communitatæ applicamus iuxta votum pauperis. Pro Conuectibus autem, non recipiatur numerus excessivus Missarum, de quo inquietus diligentissime Rmus. P.N. Provincialis in visitationibus, & iuxta quantitatem excessus iuuerit simè puniet. Teneantur autem depositarij Conuentus

tus certiorem reddere Ratum. P. nostrum Provincialem, si forte iunctus ex celsius recipiat, proportionabiliter ad Conuentus.

Item ordinamus omnibus Prioris sub pena absolutionis à suis officijs, & sororibus, ut nihil cantent, aut per muttant cantari, sive in Choro, sive in alio loco, ubi possint à Secularibus audiri, nostro verinaculo sermone, secundum la-  
tino. Quod Moniales nuntiantur cantare in illo loco, vbi possint à Secundo sermone vulgari.

Item notum facimus decretum Sanctissimi domini nostri Clementis octauij, circa regimē Monialium, vbi sic habetur. Declausura Monialium.  
Nulli ex Monialibus personas Ecclesiasticas, Sacerdotes, vel Regulares, aut Laicas etiam consanguineas cuiuscumque sexus ad fores Monasterij alloqui, vel in eis apertis sistere quocumque de causa alicet in eis forensi biusmodi aperiuntur, nisi ad introducendas, vel emittendas personas, vel res necessarias. Et declaramus prae dictum decetum comprehendere quo scumque consanguineos, etiam Patres, & Matres Monialiū, & quo scumque Religiosos, etiam si sint Prælati eiudem Conventus, & stricte præcipimus in uiolabilitate obseruari, sub pena suspensionis officij Prioris, & absolutionis Hostiarie quæ oppositum permiserint.

Item ordinamus, Vicarijs Monialium, Prioris, & Superioris, & quibusvis alijs, ad quos, vel ad quas quomodo libet expectauerit, ut nullatenus admittant ad habitum nostri Ordinis, sine inscriptione acceptacionis à Rmo. P. N. Provinciali, sub pena absolutionis à suis officijs, sub qua etiam pena mandamus, ne recipientur puellæ ad habitum ante duodecimum annum.

Item ordinamus, quod in absentia Priorum, quibus coram Monialium a Rmo. P. N. Provinciali est commissa, non recipiantur Moniales ad habitum, vel professionem, nisi à Confessorio talium Conuentuum, si Conuentus habuerit Corfes-  
sorem, quod in multis Capitulis Generalibus statutum est. In exequijs autem Monialium, & ceteris festiuitatibus officiis. Quod Confessores in absentia recipiantur.

cium in absentia Prioris pertinet ad Supprietorem.

**De Novitatu soro.** Item ordinamus, quod sorores post professionem sint in domo Novitiarum, nec sine licentia Rmi. P. N. Provincialis inde extrahantur.

**De conuictu Monia-** Item ordinamus, quod in nullo conuicio, siue Fratrum, si- uis sororum, etiam titulo professionis sororis, vel cuiuscum- lrum que festivitatis, apponantur singulis præter consuetam pi- tantiam ordinariam, nisi duæ aliae extraordinarie.

**Decapsu-** Item, quia præceptum de reformatione caputiorum im- tij. positum in Capitulo Generali Romæ 1650. non semel in hac nostra Provincia intimatum sit, nec tamen caputia ad normā ibi præscriptam redacta sint; admonemus omnes Fratres hu- ius nostræ Provinciae, ut quam primum caputia ad prædictā formā reducant, & R. mus. P. N. Provincialis inuigilabit, ut prædictum præceptum ab omnibus uniformiter obserue- tur, sicut etiam quod interiora vestimenta sint decentia sta- tui, & Ordini nostro.

**De indu-** Item ordinamus, & strictè præcipimus Prioribus, quod mentis. omnino prouideant Fratribus quotannis de caligis, calceis, & tunica interiori, & post duos annos conferant scapularia, & tunicam exteriorem, quæ in proprias specie, & forma ve- stitum, & non aliter dentur, & omnino ante primam diem Ja- nuarij cuiuscumque anni, quod si prædicta die à Prioribus non fuerint collata prædicta indumenta, depositarij Conuentus teneantur certiorem reddere Rmum. P. N. Provincialem sub poena absolutionis ab officio.

Item ordinamus, & strictè præcipimus Prioribus, ut cu- ram impendant reformationi suorum subditorum in omni- bus; quæ ad externum habitum pertinent, ne incuria, & om- missione suare laxetur modestia Religiosa, ipsis autem sub- ditis in meritum sanctæ obedientiæ præcipimus, ne interius videntur pellibus animalium, aut aliqua ueste redolente pro- phanitatem.

Item ordinamus, quod qui in aliquo Conventu fuerunt

Prio-

Priores, non gaudeant ratione Prioratus præteriti aliquibus priuilegijs, aut gratijs, quæ non sunt debitæ ipsiis ratione gradus, si tuerint graduati, vel quæ non sunt concessæ à nostris constitutionibus, secundum consuetum usum Provinciæ; & Prioribus huiuscmodi corruptelam consentientibus iniungimus pœnam suspensionis per duos menses.

Circa depositum bonorum Fratrum defunctorum obser-  
uetur consuetudo huius nostræ Provinciæ sapientia stabilitas defunctorum  
Et quoniam Provincia nostra nimis gravata existit censuum rum, & de  
reditibus, alisque necessarijs solutionibus, tam pro deci- quarta par  
mis, quam pro subsidio expendendis, nec insufficiente consue- te Provin-  
ta Conuentum subsidia protato onere, idcirco ordinamus, ce applic-  
& præcipimus, quod ex bonis defunctorum, terciam partem in  
ægredi relista pro anima defuncti, sexta pars aliarum duarum  
partium seruetur pro communibus sumptibus Provinciæ, &  
mittatur Patribus Procuratoribus Generalibus, Matritenti,  
& Vallis, Oletano, præcipiætes in virtute Spiritus Sæcti, & Sæ  
ctæ obedientiæ, & sub præcepto formalitatem Prioribus Con-  
uentuum, quam depositarijs, ad quos pertinet, inventarium  
de bonis defunctorum facere, ut certiores faciant Ratum. P.  
nostrum Provincialem de valore prædictæ sextæ partis.

Item ordinamus, sub pœna quindecim dierum in pane, noctando  
& aqua (quam Prelatus teneatur in flagore sub pœna luspè extra Con-  
fessionis ab officio per quatuor menses) ne nullus Frater perno- ventus,  
et extra Conuentus nostri Ordinis in locis, vbi Conuentum  
habetur.

Item ordinamus, quod Parrochi, Confessores, Procura- De Missis  
dores, & Vicarij, Monialium tres Missas celebrent pro Mori- dicendi à  
nasteriorum obligationibus, quas si Monasteria non habue- Vicarij,  
rint, eas pro intentione Reuerendissimi P. N. Provincialis Confessoribus, & Pro  
celebrent. Si vero Conuentus tot obligationes habuerint, curatori-  
vnam ad minus Missam qualibet septimana dicant pro inten- bus Moni-  
tione Reuerendissimi P. N. Provincialis, exhibitis, quæ peflo- lium.  
haliter ad eos pertinent, quam Missam ex nunc pro iunctu in-

foro conscientia in solidum applicamus. Ut tamen harum Missarum ratiocinia expeditè fiant, omnisque confusio viretur, notum sit Vicarijs, Confessoribus, Parrochis, & Procuratoribus Monialium, quod à die , in quo præsentantur in suis Conuentibus, omnes prædictæ Missæ in ratiocinijs scribentur, vnde tantum teneantur ( si forte infirmitate detenti, in aliqua, vel aliquibus septimanis celebrare non potuerint ) scribere Rmo. P. N. Provinciali, veleius socio , quot Missas omissem int ratione ægritudinis, ut in ratiocinijs non computentur sacrificia omisssa.

*De non ingredendo  
Monte-  
ria Monia-  
tum.*

Item ordinamus, quod Confessores, & Procuratores Monialium carum noningrediantur Monasteria, nisi vt gēte eausa administrandi Sacra menta delicensia Vicarij illius Conuentus; quod si non sit Vicarius, duo ingrediantur simul, & si unus tantum ad sic associetur Prioris, vel Superioris, sub poena absolutionis à suis officijs. Et strictè præcipimus Prioris, vt accurate in vigiliis de cunctis sacrauanda, ita vt nullo praetextu ingressum cuiusvis personæ permittant, simulque iniungimus, vt quaslibet litteras Apostolicas obtentas, iam siue obtainendas a quaunque persona cuiuscunque qualitatis, aut sexus, pro Monasteriorum ingressu, Reuerendissimo P. N. Provinciali mittant, declarantes ipsum esse Prælatum proprium precise, ad quem destinantur tales litteræ, vel licentias. Et similiter ordinamus, quod Confessores, & Procuratores Monialium, in oppidis, vbi Conuentum Fratrum habemus, in omnibus sint Priorib[us] eorum subiecti, seu Præsidentibus, non secus accæteri Religiosi in talibus Conuentibus signati. Etiam ordinamus, quod Vicarij, seu Confessores Monialium vulgatilingua trascribat omnia, quæ exhibit ordinationibus ad eas quomodo libet expectanti, & fortes eas legeret teneantur quando leguntur ordinationes cotamto Conventu. Item ordinamus, quod in institutiones, & alsignationes, licentias, & depositaciones, quæ intra duos menses à die conces-

*De institu-  
tionibus,  
alsignatio-  
nibus, &*

cessione notificata non fuerint, ipso facto sunt nulli. solu-  
que notificantur a Presidente Conventus, aut de eius licen-  
tia, nisi cum Frater in via illas receperit.  
Item ordinamus, quod Magistri Novitiorum, nec hebdo-  
madam faciant, neque ad illam notentur, & quod locum obui-  
neat immediatum post hujus Provincie Presentatos in do-  
mibus, quibus Reuerendissimo P. N. Provinciali vilum fue-  
rit. Nullus autem fiat Novitiorum Magister, in consulto Re-  
uerendissimo P. N. Provinciali, qui de consilio Patrii, regi-  
lo, & Religione prestantium, omnes Magistros Novitiorum  
approbet assumendos, & ex his, quicunque tal officium lau-  
dabiliter iudicio Reuerendissimi Patrii nostri Provinciae  
lis exercuerint per octo annos continuos, maneat in perpet-  
tuum dispensatio ab hebdomada facienda, & a matutinis, nisi  
in diebus festiis.

Item ordinamus, ut summa cura habeatur circa recepi-  
tionem Novitiorum ad habitum, & professionem; ne autem  
inepti, & minus habiles cum magno Religionis dispendio  
admittantur, examen illorum fiat a tribus Patribus Exam-  
inatoribus, iuxta normam nostrarum constitutionum, simul exi-  
stentibus in presentia Priorum, seu Presidentium Conven-  
tuum, & quod in receptione Novitiorum ad habitum, & pro-  
fessionem vota Fratrum per schedulas, vel tabas admittan-  
tur, & regulentur a Prelato cum assistentia duorum antiquo-  
rum Patrii in Capitulo assistentium, & in Conuentibus Mo-  
nialium cum assistentia Vicarij, vel Confessoris, ubi non fue-  
lit Vicarius, & schedule regulentur cotam Priorisa, vel Sup-  
priorila, & in eorum defectu coram duabus Sororibus ex an-  
tiquioribus Conuentus.

Item ordinamus, quod non possint Lectores Theologix, Priors,  
vel Supprioris eligi in Priors Conventum ubi actualiter  
vinunt.

Item, cum in nostris Capitulis Generalibus Romae 1564. rione Prio-  
& iterum Romae 1629. ordinatione 22. prouidet sit statutum ad ratum.

*De Noni-  
riorum Ma-  
gistris.*

*Quod Le-  
ctores, vel  
Suppriori-  
es, no[n] sicut*

*De accepta-*

vitandas longas vacantias, & absentias Priorum à suis Conventibus, quæ in magnum vergunt Conuictum præ iudicii, quod Provinciales non differat confirmationem, vel cassationem electionis, & quod electus in Priorem alicuius Conuentus teneatur intra spaciū trium horarū à notitia confirmationis acceptare, vel recusare Prioratum, idcirco, ut hoc melius obseruetur, ordinamus, quod deinceps confirmationis electionis non mittatur ad ipsum electū, sed ad Priorem Conuentus, in quo comoratur, vel si electus sit Prior mittatur confirmatio ad Supprietem, ipse autem, ad quem confirmationi mittitur, teneatur confirmationem electo notificare elaphis duodecim diebus, postquam illam receperit, & electus teneatur intra predictum spaciū trium horarū spatiū Prioratum acceptare, vel recusare, & certiori redditio Rmum. P. N. Provincialem de die, & hora acceptationis.

Quod Prior. Item ordinamus, & stricte mandamus Prioribus libe peñares ne scribantur absolutiones à suis officijs, quod libri Precurationis apud eant, nec se non retineant, nec propriam manu aliquid in illo scribant, retingant sed solum Conuentus Procurator, vel aliquis alter de mandato expresso Prioris, deputatus ad hoc.

Item ordinamus, quod cum accipere pecunias sub pensione non neforis, & quæ, & magis graue Conuentus, quam censu accipiatur sive annuales, præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & sanctæ pecunie obedientie, & sub præcepto formaliter, petitione sub pena excommunicationis maioris latæ sententiae ipso facto incrementanda, una haec pro tria canonica monitione præmissa, quod nulla pecunia isto modo recipiatur in Conuentibus, & si aliter factum fuerit, omnes redditus ex acceptis causatos Prioris, & Priorisæ, ex proprijs soluant infallibiliter.

Item ordinamus, & Prioribus mandamus, quod nulli Sa-  
De Missis cedentes applicent plures Millas intuitu alicuius officij, vel  
non applicabla ex causa, præter eas, quæ ad ipsos pertinent, & si aliter  
fiat, ex nunc pro tunce applicamus illas Conuentui iuxta v-

Item

Item ordinamus, & strictè præcipimus, ut in uiolabiliter  
 studeant à se, & suis subditis obseruari, quæ in nostris Con-  
 stitutionibus, & pluribus Capitulis Generalibus Sanctissi-  
 me obseruanda mandantur, circa alsistentiam Fratrum no-  
 strorum ad commune Refectorium, vel Hospitium, cauen-  
 tes, ne in cameris comedant, de quo in nostris Constitutio-  
 nibus, distinctione 1. cap. 7. textu 2. sic habetur: *Similiter,*  
*nec alij Fratres comedant nisi in communi Refectorio, vel Hospi-*  
*tum domo, nec Priors, Provinciales, nec Magistri in Theo-*  
*logia, etiam actu legentes comedant in cameris, sed in commu-*  
*ni Refectorio, vel Hospitio, vel in domo infirmorum, vel in do-*  
*mo debilium.* Et in Capitulis Generalibus Romæ 1553. Par-  
 sijs 1611. Statutum fuit, vt omnes, & Magistri caueant, ne in  
 cubiculis, seu cameris comedant, sed in communi Refecto-  
 rio, irritantes quamlibet licentiam super hoc indultam, aut  
 concessam, & in Capitulis Lugduni 1508. Cadurci 1519, Pa-  
 piæ 1522. Coloniæ 1528. Mandatum fuit Prioribus Conven-  
 tualibus, ut hoc faciant à suis subditis in uiolabiliter obser-  
 uari, quod si secus factum fuerit, in poenam à suis officijs  
 absoluantur; igitur obseruantæ huius Religioæ Constitu-  
 tionis consulentes, quoniam transgressio illius maxime de-  
 deceat viros Religiosos, austoritatem, & communem vitam  
 proficentes, & secularem potius redoleat commoditatem,  
 idcirco Prioribus sub poena in tot Capitulis Generalibus  
 taxata iniungimus, vt omnino eam obseruati procurent, pre-  
 cipue à fratribus, qui vt à domo exant, & alijs communi-  
 bus assistant, nulla sunt infirmitate detenti, & hoc obserua-  
 ri faciant, absque vlla exceptione, cum nec Magistri actu  
 legentes sint ab hac Monastica obseruantia liberi, & obiecra-  
 mus Reuerendissimum P. nostrum Provincialem, vt habi-  
 tuales transgressores huius Sanctæ Constitutionis, tamquam  
 contemptores illius severè puniat, omni posthabito respe-  
 ctu ad personas.

Item ordinamus iuxta decretum Reuerendissimi P. nostri

De nonco-  
medendo  
extra refe-  
ctorium.

De Rosario  
recitando:

Generalis, ut singulis diebus post Completorium Fratres,  
& Sorores recitent alta voce, & debotè per chorus alternā-  
do, terram partem Rossarij Beate Virginis Mariæ secundūm  
ordinem miteriorum sub poena absolutionis à suis officijs,  
infallibiliter Prioribus, & Supprioribus infligenda.

**De Missis**  
**Suppriorib** Item ordinamus, quod Supprios in sede vacante, vel in  
quacunque Priorum absentia, non applicent, sibi plures  
Missas, quam quæ eis communiter conceduntur.

**De exposi-**  
**tione Fra-** Item ordinamus, ut Fratres ad audiendas Confessiones,  
tatione Fra. & concionandum exponi non possint, nisi per quinque ex-  
trū ad con minatores in studijs Generalibus, inter quæ Pamphilensem  
fessiones Vniuersitatem, & Conuentum Legionensem comprehendendi  
audienias. volumus, & non approbentur, nisi ad suū altē vnu ex Theo-  
logie Lectoribus cum aliquo graduato huius Provincię, vel  
ambo simul, & solum per trienium, quo expletō iterum ex-  
minentur. Excipimus Lectores Artium qui post institutio-  
nem examinantur. Lectoresque casum conscientiæ, qui  
per quatuor annos completo stale officium exercuerunt, &  
eos, qui per nouem annos licentias, tenu expositio[n]es habue-  
rint, quibus concedimus, vi post nouem annos decursos, qui-  
bus gauis si fuerint approbatione, queant simpliciter exponi.  
Quod si quispiam in aliquo Conuentu examinatus reprobata-  
tus fuerit, nec examinetur, neque examinatus approbari  
queat, nisi transactis sex mensibus, quod si contrarium factū  
fuerit, totum irritum, & inane declaramus; & ut tutius co-  
solatur conscientiæ, & ministerio prædicto, examinatores  
certiore[m] redant Priorum Conuentus de reprobatione sui  
